

**Ethica Amoris, Sive Theologia Sanctorum, Magni  
Praesertim Augustini, Et Thomae Aquinatis**

Circa Universam Amoris & Morum Doctrinam, Adversus Novitias Opiniones  
Strenuè propugnata, Et In Materiis Principaliter Hodie Controversis  
Fundamentaliter discussa

De Sacramentis In Genere Et Specie - Libros Octo Complectens

**Henricus, de Sancto Ignatio**

**Leodii, 1709**

Caput 115. Argumentum centesimum quintum. Ex eo quòd opera ad  
probandum magnorum peccatorum pœnitentiam adeò necessaria  
existimarint SS. PP. ut pœnitentiam ipsorum, ad finem vitae dilatam,  
habuerint ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73212](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-73212)

dum medicina leges) ut possit medicina proficere.  
Nemo dicit Medicus corporali, quemadmodum sit  
curgandus (sit in Psal. 37.) novit Medicus que si-  
gulis vulneribus medicamenta convenientia, novit  
quando & quomodo applicanda sint. Si dixerit  
Medicus medicina genas, quo curari ager debet,  
Et ille fastidat, dicens Medicus, Et agrum re-  
linquit. Vide eum, qui curari velis, omni genere  
Medico acquisientem. Si acquisiet Medicus spir-  
ituialis agroto praeatur curari volenti, contra  
medicina regulas agens, legitimè ipsius non mi-  
scetur, dicit serm. 5. in Psalm. 118.

**i199** Et ideo Chrysostomus homil. 14. in 2. ad Co-  
rinth. Sacerdotem illum verè benignum & misericordem erga peccatores dicit, non qui cito solvit,  
sed qui tamdiu medicantibus eum dolorosè po-  
nitentia vinculis ligat, donec correcrum viderit: non  
est (inquit) quod banc rem crudelitatis ac saevitiae  
esse arbitris, sed SUMMA CLEMENTIA ET BENIG-  
NITATIS, PRÆSTANTISSIMAQUE MEDENDI RATIO-  
NIS, NEC VULGARIS ERGA PECCATORIS SALUTEM  
CURE. Aucam hanc Aurei Oris sententiam me-  
minimi me non semel descripsisse; sed repeterem non  
piger, ad reundendam importunam simul & im-  
peritam quorundam Juniorum querimoniam,  
inclaimare non cessantem assertione nostram esse  
nimis duram, & immisericordem, continereque  
rigorem impracticabilem. Dura potius & immis-  
ericors est opinio iporum, continetque laxitatem,  
Sanctorum iudicium absole ingenti animarum exi-  
tio impracticabilem.

**i200** Nec verò Sanctorum doctrinam eludere possunt  
dicendo, quod solum voluerint peccatores in vin-  
culis delinendos, non ad remissionem mortalis cul-  
pa, sed ad satisfactionem pro pena temporali, vel  
ad extirpandas peccatorum reliquias, habitusque  
ex peccato restantes. Contrarium quippe confat-  
tum ex dictis cap. 37. §. 5. & cap. 41. §. 24.  
Tum et co quod S. Ambrosius 1. 2. de penit.  
cap. 9. dicit, quod utique nonnulli idem polunt  
penitentiam, ut statim fibi reddi Communionem (per  
absolutionem) velint: binontiam se solvere (à cul-  
pa) cupiant, quam è Sacerdotem ligare. Suum e-  
nim conscientiam à culpa reatu non exsunt, Et Sa-  
cerdotis induant. Precepit est, nolite dare sanctum  
canibus, &c. Quæ politra verba manifestum  
faciunt, peccatores illos nondum esse iustificatos.

## CAPUT CXIV.

## Argumentum centesimum quartum.

**Ex modo quo veteres SS. Pares processerunt in de-**  
**determinandis nonnullis casibus, magnorum pec-**  
**catorum reconciliationem conceruentibus.**

**i201** **E**X modo quippe illo manifestè conficitur, SS.  
Pates non censuisse judicium de sufficienti  
dispositione magno peccatoris ad reconciliationem,  
sive absolutionem, adē facile, ut ad id sufficeret  
Sacerdoti, fidem habere penitenti, seto corde  
contritum afflentem, dum ratio manifista non ap-  
paret in contrarium. Quinim rectum ea de reju-  
dicio, post lapsum in enorme peccatum, vitum  
est ipsi negotio tanto momenti, ut novo infol-  
toque casu occurrente, Episcopi se soli non au-  
derent ea de re judicium ferre, sed plures Coe-  
picopos consuluerent, vel etiam ad id determinan-  
dum Concilia congregarent, ut vide et in epist.  
23. Cypriani 1. 3. in qua habetur, sex Episcopos  
Cyprianum consuluisse, nec se soli determinare  
auts fuisse, an post triennii penitentiam, ferventi  
& generoso animo peractam, reconciliatio it-  
tud concedi posset, qui coram Magistratus &  
populo tormenta fortissime passi triumpharant, sed  
postea gravissimis à Proconsule peccatis diutissime  
cruicati, Christum tandem negaverant. Super quo

puncto sex illi Episcopi non solum Cyprianum  
consuluerunt, sed & ipsum regarunt ut & alios ip-  
se Episcopos consulueret. Quibus respondens Cy-  
prianus, laudat justum ipsorum in re tanta etran-  
di timorem: *Quoniam se ipsi, ut cum pluribus  
Collegis de hoc ipso tractem plenissime, & res tan-  
ta exigit, majus & impensis de maliorum colla-  
tione negotium: tractabu cum singulis plenius, ut  
de eo quod consiliosus figuratur apud vos, & respon-  
satur vobis firma sententia, multorum consil-  
ponderata.*

Quod plus est, nec ipse Cyprianus, nec Clerus Romanus (ad quem Ecclesia cura per mortem S. Fabiani Pontificis devoluta erat) aut sunt quid-  
quam determinate circa lapsos in ea, quæ tunc  
fuit, persecuzione. Quippe Cyprianus expectan-  
dum censuit persecutionem, ita Episcopi, Presbyteri, Diaconi, & Confessores ad aliquid de-  
terminandum convenire possent. Clerus vero Ro-  
manus, approbatā Cypriani cunctatione, respon-  
dit, expectandum novi Pontificis creationem.

Quid (quæsto) opus tantā Episcoporum cun-  
ctatione, & consultatione, si lignum sufficiens a-  
nimis suis penitentis, etiam in magno peccato-  
re, etiam consuetudinario & recidivo, et vel  
solum dictum penitentis (ratione manifesta non  
existente in contrarium) vel humili confitit illius  
criminis, vel momentaneus gemitus, etiam non  
obstante cito & faciliter, inq. & frequenti relapſu,  
prout Juniores prætendent?

## CAPUT CXV.

## Argumentum centesimum quintum.

**Ex eo quid opera ad probandum magnorum pec-**  
**catorum penitentiam adē necessaria exifi-**  
**marint SS. Pares, ut penitentiam ipsorum, ad**  
**finem vita dilatam, habuerint valde dubiam &**  
**suspiciam; eo quid eam probare non possent per**  
**opera, sed per verba dumtaxat & genuit.**

**A**D fidem magnis peccatoribus adhibendam, 1204  
& absolutionem impendendam, factis Pa-  
tres contentos non suffit lingua, seu verbali pro-  
testatione, vel etiam gemitibus momentaneis ipsorum,  
sed opera, tamquam ligna probant, vitæ  
emendationem requisiisse, constat ex dictis cap.  
55. & 56. Ex dictis etiam cap. 36. certum est,  
corundem peccatorum penitentiam, ad finem  
vitæ suscipiant & dubiam. Et ob prius quidem  
rationes Patribus ita vitum: sed carum una, nec  
minima fuit, quod veram solidamque peni-  
tentiam non ex verbis & gemitibus sterilibus, sed ex  
operibus diuidicandam, per eaque probandum  
confuerint. Hanc quippe rationem proferet Au-  
gustinus serm. 57. de tempore, vel foris Cæsar's  
sermone nunc 255. in Append. serm. Aug. *Ero-  
res pristinos (inquit) relinquunt, quem gravium at-  
que ingentium peccatorum conscientia gravat,*  
*& penitentiam petat, ut ... exomologis satisfac-  
tione mundetur. Nec ad illud se servat, ut in ex-  
tremo vita sue tempore tunc penitentiam petat,*  
*quando iam agere non possit. Inutili est eam, di-  
lectissimi, ista persuasio. Parum est peccatorum pa-  
nitere, nisi penitentiam peregerit. Ad emendanda  
enim criminis vox penitentis sola non sufficit: nam  
in satisfactione ingentium peccatorum non verba  
tantum, sed opera & guaruntur. Datu quidem, etiam  
in extremis, penitentiam, quia non posse dengari.*  
*Sed auctores tamen (sive non possumus, quid qui si-  
petierit, mereatur absolviri. Quomodo enim agit peni-  
tentiam latius? Quomodo agit penitentiam in  
extremis vita finibus constitutus? Quomodo peni-  
tentiam agere possit, qui nulla iam pro se opera fa-  
ciit?*

*tisfactionis operari potest?* Et id est pœnitentia, que ab infirmo petitur, infirma est. Pœnitentia, que a moriente tantum petitur, timeo ne ipsa moriatur. Videatur Cœlarii sermo 57: ubi de tali pœnitore dicit: Pœnitentiam illi dare possum; integrantem securitatem dare non possum. Deus tamen... ipse sit, quæ fide, aut quæ intentione animi pœnitentiam petit. Ego vero timeo, ne forte iste talis pœnitens nec in conscientia sua habuerit, quod in operibus non offendit. Quia etsi cor videare possumus, tamen, secundum Evangelicam sententiam, " ex fructibus eorum cognoscetis eos,

ne, vult esse credendum, vel utriusque. Quod nulo modo est verisimile.

Ipsi quidem, tam in casu antecedentis, quam in casu consequentiis esse credendum, ubi ratio manifesta non appetat in contrarium, existimat Carolus ab Assumpt. in Pentalogio suo Diaphorico fol. 98. hisce verbis: *Qui promisit sapientis dimittere occasionem peccandi, & non dimisit, non id est prejunitur non habere voluntatem relinquendi, nec ex hoc precisi capite debet ei, titulus indispositio-*

*nis, seu deficiens voluntatis, denegari absolutionis.*

Sed in eo, neutrum & in alio suis multis de pœnitentia opinionibus, ipse est singularis, & non solum contradicit Theologis pacificis omnibus, sed & Concilii, Patribus, & Sanctis novissimis, Thomas Villanovano, Franciso Xaverio, Carolo Borromæo, & Sælio.

Siquidem Concilium Lateranense II. can. 22. sic habet: *Falsa sit pœnitentia, cum penitens ab officio, vel curiali, vel negotiali non recedit, quod sine peccato oti nulla ratione prævaleat.*

Concilium etiam Romanum anni 1078. sub Gregorio VII. Quicumque miles, vel negotiator, vel aliqui officio deditus, quod sine peccato exerceri non possit... recognoscat se veram pœnitentiam non posse peragere, per quam ad aeternam vitam valeat pervenire, nisi negotium derelinquit, vel officium deferat, &c.

Similiter loquitur S. Gregorius homil. 24. in Evangelia. Falsi proinde pœnitentes sunt, adēque ad absolutionis beneficium indispositi, qui eodemmodo occasionem non dimittunt, talesque habendi sunt, qui adhuc in ea sunt, postquam iam defuisse sapienti polliciti sunt. Neque enim peccatum toto se corde odit, firmumque atque efficax illius vitandi propositum habere credendi sunt, iuxta SS. Patres, qui dum proximam illius occasionem abjecere posunt & debent, fidem datam de ea abicienda violantes, in ea voluntarie persistunt.

Et id est S. Thomas Villanovanus conc. in fer. 6. post Domin. 4. Quadrag. postquam §. 2. profitul memorabile hanc intentiam: *Sunt qui tenerit ardorem pro commissis & geminis imo periculis missis, & oculorum fome lacrymas affluenter effundunt; sed nullo animi vigore peccata jugum à se abieciant. Statim enim post lacrymas redent ad plorata. His à Christo dicuntur: Tolite lapidem. Quidam dicat, places quid commissa plorasti; sed deplorata iterum non repetatis. Quis enim lavatur a mortuo, & iterum tangit mortuum, quid illi profutus lavatio? §. 3. Quidam (inquit) cum peccatis etiam propositum peccandi sibi reliquise videntur, sed occasions delinquendi non fugiant. His per Confessionem non suscitantur: quia non omnino foras excent. .... Fratribus enim oculus plorat, si animus in criminis perseverat. O peccator! si verè ploras, veni foras. Fuge concupiscentiam, expelli mulierculam, solve catenam. Aliaz non credo lacrymam. ... Estiam illies juraveris, etiam si obstante promiseris, nurquam tibi credam. Illam autem qui à Domino vivificatus, desiderio salutis, à vitorum sepulchro foras egreditur, vos, Sacerdotes! solvite, & similem abire. Cavete, ne eum in sepulchro salvatis. Pridis excent, ut solvantur.... Pridis ergo vadat, & concubinam è domo pellat.... Et tunc ad Confessariorum redeat, & absolvatur. His est rectus ordo, hic in Lazaris suscitatione à Domino servatum. Hunc ordinem ne transgrediaris. O Medicos! cur fatentem solvis? Cur indigno veniam promittis? ... Hæc! Hæc! in domo Dei horrendum vidi. Pastores, oves Domini jugulantes. Medicos, populi sui agrotos occidentes. Judices, surpibus addiblantibus. Censores, flagitia palpantes. Caecos, gregem Domini dirigentes... O miseri, animarum non curatores, sed interfectores!*

Videatur & Morinus l. r. c. 17. ubi sic: *Si (peccatores) morbo corripit pœnitentiam petebant... reconciliationem concedebant (antiqui Patres) pœnitentia nullæ, aut brevi imposta; legato autem tantum indicata, è conditione, ut si morbo superfluit esset, eam exequentur. Sed cum, prater verba, genitusque morientis, nibil esset tis de sinceritate, & suâ quantitate compunctionis ejusmodi compertam, de salute tardè pœnitentium diffidere plurimum, nibil vele certi affirmare prædicabant.*

### C A P U T C X V I .

#### Argumentum centesimum sextum.

*Ex eo quod pœnitentia eorum, qui confessi crimina facile, ciò ad frequenter repetunt, maiorem habeat apparentem pœnitentia theatralis, quam solida & vera.*

**E**iusmodi pœnitentiam Chrysostomus apud Stephanum nostrum à S. Francisco Xaverio theatram vocat, nec absque ratione. Quid est enim quod duorum v. g. in Theatro pugnantium, dum unus velut ab altero occiputis procumbit, occiso ipso non reputatur nisi *theatralis*, nisi quia sic occisus, post Tragediam, surgit, vivit, agit ut ante? Quid est similiter, quod lachrymæ uxoris, super mariti morte plorantis, sed statim post exquias ridentis, gaudentis, saltantis, joculantis ut ante, comicæ reputantur, potius quam vera, nisi eandem ratione? Quo ergo fundamento nos, qui cor hominis non videmus, sed externa dumtaxat opera; quo (inquam) fundamento, aliud judicabimus de pœnitentia eius, qui, post confessi a grandia crimina, ridet, saltat, joculatur, deliciose flagitioseque vivit, & agit, ut ante, nisi quod comicæ potius & theatralis fuerit, quam vera & solida? Nullus quippe in ipsis, post Confessionem, appet effectus vera solidaque pœnitentia magis quam in pœnitentibus comicis, & theatralibus, post Comediam; sed vita carnalis, voluptuosa, superba, vana, flagitiosa, gentilis, ut ante.

### C A P U T C X V I I .

#### Argumentum centesimum septimum.

*Ex eo quod, secundum doctrinam Sanctorum, absque cautione operum, credendum non sit ex silentibus in occasione proxima peccati mortali, eam se deferturos pollicentibus, postea quoniam fidem de eo datam servare neglexerunt. Cur ergo potius, absque cautione operum, credendum est consuetudinariis, & recidivis, emendationem pollicentibus, postea quoniam fidem de eo datam non servarunt, sed neglexerunt?*

**C**onsequenter bona est: cum par ratio sit consequens, atque antecedens; nec peccator magis creditibilis sit in uno quam in altero casu; nec S. Thomas de uno alteri quam de altero philosophetur. Vel ergo neutrī, absque operum cautio-